


Jacob Duerrfeld

M. Jacobi Durfeldii Gymnasii Osnabr: Rectoris Discursus Theologicus De Quaestione Multorum animos suspensos tenente, Num pax optata secularis ante Mundi consummationem judiciumque universale sit reddenda Ecclesiae, comprimis Germanicae ...

Rostoch.: Hallervordius, 1642

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730148785>

Druck Freier  Zugang



9
1869.

Fg-1869.

ca.
Bibliotheca
Academica
Rostochiensis

1569

p

Duse 8

M. JACOBI DURFELDII
Gymnafii Osnabr: Reſtoris

DISCURSUS THEOLOGICUS

De
QUESTIONE MULTORUM
animos ſuſpenſos tenente,

Num pax optata ſecularis ante Mundi
conſummationem judiciumque univerſale ſit
reddenda Eccleſiæ, comprimis Germanicæ.

*Cujus affirmativa cum multis aliis eventis notatu
digniſſimis probatur ex Apocalypſis cap: 11.*

§ 19.



VENALIS
Proſtat apud Johannem Hallervordium Bibliop: Rostock.
Anno M DC XLII.

Maxime Strenuū, Magnificē & Nobilissimū Virū :

DN. JOHANNI CHRISTOPHORO à Burgstorf/ Includi Regni Suecici Le-
hæreditario in Darjau vnd Mellentin. } gionariis & Urb: Osn: atq;

DN. LUDERO Henrichson Reueren/ } arc: Pet: Commend: grav.

DN. HERMANNO à Nünzbrock/ Perillustri & generosissimi Domini,
Dn. GUSTAVI in principatu Osnabr: Vicario & supremo locum-tenenti, atq;
Satrapiarum Vorstenavienſis & Vordenſis Satrapæ meritissimo.

DN. JOHANNI ADOLPHO WERPUP, hæditario in Biffendorff &
Lappenhouen/ Satrapæ in Zburgt & Keckenberg.

Ut & amplissimo, Consultissimo & Praclarissimo Viro,

DN. WILHELMO JOACHIMO HASTÆO J. U. D. Ejusdem Gene-
rosiss: Domini Vice-Cancellario & Consiliario intimo.

Dominis Meccenatibus & Fautoribus meis observanter
colendis D. I. C. O.

M. JACOBUS DURFELD.

Optima pax rerum, qua non pretiosius ullum
Munus, nec mundo gratius esse potest.
Pace Ceres gaudet, gaudet genus omne ferarum,
Gaudent pace homines, Religio atque Dia.
Hanc rogitant Jovam votūque ardentibus optant
Et pressi cives & miser agricola.
Hanc reducem dubitant multorum pectora: Namque
Ultima nil ætas hac nisi bella ferat.
Attamen esse solo latissima munera pacis
Danda docet suavi filius ore Dei:
Ut sic afflictū solatia mentibus alma
Stillaret, dubias erigeretque fide.
Quæstio nobilibus, summū & digna Dynastū,
Curaque quos pacū consiliumque docet.
Accipite hinc parvas, lectissima pectora, Chartas,
Sapē hilari Magni parva manu capiunt.
Ipse Deū Martū præses pacisque beata
Vestraq; vota pius consiliumque regat.





Tradunt naturæ consulti, Viri amplissimi, consultiissimi, reverendi plurimum, clarissimi, doctissimi, humanissimi; tuque juvenutis & adolescentiæ corona nobis charissima: Tradunt, inquam, Na-

turæ consulti de halcyone (a) ave maritima, magnitudine passerulum parum excedente; quod sub ipsa bruma, sub densis frigoribus & ventis hybernis cum alibi tum præcipuè in mari Siculo nidificet, & pullos non in arborum procerarum cacuminibus, non in Insularum partibus editoribus abundarum fluctibus remotissimis, non in abruptis acroceraunsiis, sed in scopulis humilioribus locisque fluctibus vicinis: Quæ feriunt venti, concutiunt procellæ, quassant fluctus, devastant glaciæ concretæ machinæ. Veruntamen ista avicula suis ovis incubante, pullosque excludente & educante, sit cœlum per dies aliquot placidissimum; venti tranquillii, aër sedatus & clemens: usque dum septem diebus ante brumam & totidem post eam elapsis, pullos excludat halcyon, illique ad ætatem qualemcunque perveniant.

Plin. l. 10. c. 32.
Ecclesia sua habes alcedonia.

Plinius d. l. & Plautus habent alcedonia, alii vocant dies halcy-

Idem evenit Ecclesiæ Christi ejusque coetibus & civibus tam aliis, quam qui in illius seminariis jucundissimis, nempe in scholis lacte sapientiæ coelestis aluntur, in disciplinis, artibus & lingvis optimis in-formantur, ac veluti lacticibus vivis rigantur. Sunt illi inermes, sunt omni ope humana propemodum destituti, sunt veluti greges ovium in medio luporum atque pardorum, (b) præsertim savientibus bellorum tempestatibus. Itaque quanquam sub hisce Bellonæ furoribus durissimè premuntur Phœbæi illi milites; ubi rugit instar leonis Mars horridus armis, savit Tisiphone, pessundat nos miles. Verbo: concutit nos *divus ille terra motus* in libro divinæ Apocalypsis capite undecimo (c) prædictus: quo subvertuntur summi & imi, vexantur Ecclesiæ, spoliantur rustici, exsuguntur medullitus cives, gemunt magnates & dynastæ, lamentantur, flent, & vix ossibus hærent agricolæ,

onides. Virgilus avem vocat halcyonem l. 3. Georg. & Plinius l. 32. c. 8. b Matt. 10. 16. Cant. 4, 8. c. II. v. 13.

vexantur oppida pulcherrima, pelluntur in exilium docentes, penuria discentes tristantur, rebusque necessariis destituti cum desperatione studiorum luctantur. Imò complures *vel* prorsus desperant, locoque Phœbi se Marti consecrant, *aut* Mercurio aliisque gentium minorum Diis, *vel* saltem de fine studiorum spe dubia fluctuant & vehementer anxia conflictantur.

Nihilominus in mediis hisce turbis, adeoq; fermè mediis in undis & scopulis marinis Deus optimus maximus, pro inexhausta suabonitate, providentia paterna & amore ineffabili erga Ecclesiam & electos suos, nobis adhuc quædam concedit halcyonia. Etenim si non ubique saltem alicubi, quemadmodum & hic loci (*qui est quasi torrens ex* d Zach: 3. *igne erutus*, ut loquitur Dominus apud Prophetam) (d) lætantur templa, lætatur schola, gaudent in Domino cives, etiam si sint belli oneribus pressi durissimis; sperant tandem liberationem, exoptant pacem lætissimam. Proinde pressi non prorsus succumbunt, sed salutarem domini avidè expectant. Ideoq; conservant scholam, viget cultus divinus, fervet religionis sinceritas, ac ut Dominus nobiscum maneat, fervent preces publicæ in templo & schola, atq; privatæ apud pios Christianos in ædibus suis. Unde & cœtus discentes adhuc supersunt, Musas consulunt ac nectare doctrinæ inebriantur.

Verumtamen hæc ita peraguntur, ut ex nostris hominibus non e Exod: 14. paucis idem contingat, quod Israëlitis in littore maris (e) rubri, quod f Luc: 24. Christi discipulis sub triduo (f) passionis & mortis, quod Judæis in exilium actis (g) & post ex captivitate reducibus, (h) in aliisque casibus ad g Jer: 29. versis accidisse accēpimus. Videmus enim multos esse pusillanimos, 10. 11. timidos, parvâq; præditos fide. Verentur scilicet, ne rursus servili h Hag: 2, 4. jugo Antichristi subjiçiantur, à quo ante annos octo forti obsidione Nebem: 1. fuerent liberati; considerant regionum Antichristo adhærentium vires v. 3. ingentes, exercitus robustos, iramque in nos implacabilem. Et sanè nobis minimè securis esse licet, nec stertere, sed attentissimè oportet vigilemus, instanter oremus & pietati studeamus: ut ex faucibus *Ligistarum sævæq; Bestiæ, (i) ex abyssu post Barbarorum tempora rursus ascendens, & ante paucos annos veritatis testes Christi q; confessores

i Apoc: 11, 7

* *Ligâ* vocatur sædus initum illud a Regibus Pontificiis anno 1525. & 26. Sleidan: l. 6. Quod renovatum est in Germania ante annos triginta. Cujus sæderis socii jam *Ligistæ* dicuntur.

Ecclesiasticè occidentis eripiamur, illorumq; conatus pessimi reddan- 3
tur irriti. Quod si fecerimus, vigil ille Israëlīs (κ) qui non dormit nec κΡ. 120. 7.
infirmus est à nobis stabit, & nos sibi fidentes tanquam pupillam (l) o- 1 Zach. 2. 8
culi sui defendet, eritq; murus circum (m) nos igneus & propugnacu- m Zach. 2.
lum invictum. Qvalia oportuna liberationis exempla V. & N. Test: 7. 5.
Ecclesiæ non raro sunt expertæ, & nos hic loci his annis octo elapsis
proximis non mediocria recensere possemus. Qui ut bonum hoc
opus jucundæ liberationis potenter incepit, ita brachio utiq; robusto
perficiet, nos custodiet, tandemq; vexatissimum suum coetum, pace
rursus optata exhilarabit, & illo tempore, dubio procul præterlapso,
quod Antichristianæ tyrannidi in Germania præstituit, plenè planèq;
nos beabit.

Et quoniam non pauci tam inter doctos quam indoctos, tam in-
ter summos quam imos vehementer dubitant; Num Ecclesia Dei ante *Propositio*
tempus extremi judicii mundi, consummationem pax alma sit restituenda,
comprimi in Germania: hanc data hac occasione *Quæstionem*
paulo altius scrutabimur & intimius considerabimus. Et sanè ora-
culis coelestibus in Divi Johannis Apocalypsi secretissima probè pon-
deratis, non possumus non ambabus, quod ajunt, ulnis amplecti affir-
mativam. Quamquam enim apertas promissiones de hoc negotio
proferre non licet: tamen ex rebus in Apocalypsi revelatis, & ordine
quo revelatæ descriptæq; sunt, aliisq; signis & circumstantiis, *Quæsti*
nostri affirmatio certò certius demonstrari potest, imò jubare meri-
diano clarius elucescit. Quod dum dare effectui laboro, cum non
tam favor vester, viri omnium ordinum honoratissimi, mihi sit preci-
bus impetrandus, quam modus, brevitas & decorum pro ratione tem-
poris potius eligendum: ut me breviter de hocce differentem æquis
auribus audiat observanter oro.

Quod institutum nostrum ut commodè succedat, quæ-
dam testimonia Divi Johannis in lucem apricam proferemus, il-
lorum verum & genuinum sensum indagabimus & ad institutum
nostrum accommodabimus: si prius hanc observationem præ- *Papatus*
miserimus, quod *AntiChristianus ille papatus vice trina sit impugnandus, trina vice*
evertendus. Et tandem, quatenus est Bestia sive Respublica quadam ac destrue-
Monarchia Ecclesiastica, in tertio certamine totus sit abolendus. Prima tur.
itaq; vice cepit, impugnari tempore B. Lutheri megalandri illius divini,

postquam ille à Papa Leone Decimo excommunicatus, libri ejus passim
 combusti, & ille jus Canonicum Witebergæ rursus publicè combus-
 ferat, librumq; de captivitate Babylonica ediderat Anno Christi 1520.
 Estq; certamen illud impugnatioq; Babylonis merè Theologica, non
 secularis, non armis corporalibus, non ferro, sed verbo flammisque
 Sancti Spiritus in effectum perducta. (n) *Alter*a Babylonis devastatio
partialis est, & cum horrendo terræ motu bellico comparatur Apoc:
 ii. v. 13. Quem terræ motum quia bellum modernum religiosum præ-
 nunciare & depingere nobis videtur, paulò post plenius inspiciemus.
 Tertia, deniq; devastatio & ruina Papatus, quatenus Monarchiam Ec-
 clesiasticam & dominatum Bestiæ papæq; pseudoprophetæ respicit &
 repræsentat, erit *universalis*, ut suo loco ostendetur. Hanc ruinam,
 Papatus trina vice iterandam alibi (o) clarè & evidenter probavimus:
 Jam repetiisse verbo sufficiat, quod videlicet diversis modis locisque
 proponatur, & ad diversa tempora, objecta cladesq; Babylonis appli-
 cetur, deniq; quod eventis & consequentibus diversissimis prima à se-
 cunda & utraq; à tertia invicem discriminetur.

o *Mysteriol. disp. 6. th. 181. Disp. 12. th. 14. Disp. 13. th. 5. & 30.*
 & *in discursu de duobus Testibus.*

Jam ad tela nostra, ad armaturam Spiritus Sancti, sententiæque
 nostræ fundamenta rectè properabimus. Ubi in aciem rectè prodire
 fortè dicemur, si primo loco *durationem* Regni Ecclesiastici Bestiæ &
 Pseudoprophetæ consideraverimus: ut sic argumentorum nostro-
 rum virtus roburq; plenius perspiciatur. Quod tempus durationis
 est dierum non astronomicorum, sed angelicorum, hoc est, *annorum*
mille ducentorum sexaginta. Seu quod idem est, *mensum quadraginta*
duorum; vel deniq; quod eodem recidit, *temporis, temporum & dimidii*
temporis. Igitur si tyranni & Monarchica Ecclesia non nisi mille ducen-
 tes sexaginta annos dominatum suum tenebit: certè non immediate, præ-
 ciseq; ad tempus *judicii extremi* dominabitur Ecclesia, sed *cirius ad finem*
decurret, frangetur & eradicabitur. Quin post illos mille ducentos
 sexaginta annos finitos multi adhuc alii eventus alia bella, aliaq; (p) fa-
 ta complenda restant. Neq; quod quidam sentiunt (sed malè) *possunt*
hiante tempore diuturno, sed incerto, improprieq; dicto intelligi, cum
 nullum vestigium nullus (q) apex, nullum scripturæ exemplum, nul-
 laq;

q *Conf. Disp. 6. th. 17. & Disp. 13. th. 6.*

laq; ratio constans dari possit, qvòd uspiam in pandectis Scripturarum dies, anni, menses aut hebdomadæ propheticæ de rebus futuris quædam vaticinantes terminum improprie dictum, tempusq; longum sed incertum atq; infinitum per synechdochen speciei pro genere significant. Quinimò potest inductione exemplorum probari, qvòd ejusmodi dies, hebdomadæ, menses, anniq; Prophetici ratione numeri strictissime sint accipiendi, semperq; completi sint in illo ipso temporis articulo, qvem ista vaticinia expresserunt. In qvo etiam certitudo scripturarum fideique nostræ *ωδνεσφoεια* præter alia criteria. consistit.

Si quis dicat, dies mille ducentos sexaginta, item menses quadraginta duos, aut quod idem est, tempus, tempora, dimidiumq; temporu non conficere præcisè tres annos & dimidium, quos hic sentimus esse angelicos, sed cum Ribera & quibusdam aliis ex nostris penè dies octodecim deficere statuat: is norit inter menses annosq; lunares, solares & Hebræos (quibuscum Ægyptiaci conspirant) esse discrimen luculentum tenendum. Neq; enim Hebræi more Græcorum menses lunares neq; præcisè solares Julianos habuere, sed ejusmodi, qui constarent diebus trecentis sexaginta, eorq; Julianis quinque diebus fuerunt minores. Proinde singulorum mensis numerum tricenorum dierum non excefferunt, sed utriq; præcisè compleverunt, æquarunt. Et tum dies mille ducenti sexaginta astronomici tres annos Hebræos & sex menses; totidem verò dies magni, & qvòd idem, menses angelici quadraginta duo, efficiunt annos mille ducentos sexaginta. Ac rursus, cum singuli anni Hebræi solaribus Julianis sint diebus quinque minores, anni Hebræi mille ducenti sexaginta annos Julianos 1242 efficiunt. Idem judicium, sit de tempore, temporibus & dimidio temporis. Fuisse verò annos ejusmodi Hebræis usitatos evidenter suo loco fuit inductione perspicua, demonstratum. Ejusmodi quoque gavisos annis esse Ægyptios ex veteribus testantur complures. Certè Herodotus de illis ita scribit: *Ægyptiū verò tricenti diebus singulos menses taxantes adjiciunt huic numero quot annu quinque dies.* Et Macrobius: *Ægypti tricenum dierum omnes habent menses, trecentorum sexaginta tantum dieru annum habent.* Cum his Strabo, Diodorus Siculus, Censorinus, Cajetanus, in Gen. & (r) Casmannus consentiunt. Diodorus præterea Thebæis annos e-

s In Astrol. parte secund. c. 7. q. 7.

Hebræi habuerunt annos dieru 360.

Disp. VI. & XIII. Myseriolog.

jus-

6 jusmodi, & Cenforinus Romanis veteribus usitatos fuisse memoria prodiderunt.

Hæc de vero sensu dierum illorum mille ducentorum sexaginta: sequitur circumstantia temporis, nimirum quis illorum sit terminus, à quo & ad quem; quoq; anni æræ salutiferæ sint inchoandi & in quo finiendi? Variæ profectò de vero initio illorum circumferuntur opiniones: dum illud alii ad Christi ascensionem ad cœlos, quidam ad tempora Constantini, alii ad certamen Damasi & Ursicini, alii ad Gregorii primi, nonnulli ad tempora Phocæ, Cæsariidæ, alii ad alia referunt. Quas omnes hic velle discutere & examinare nimis foret prolixum. Alibi id præstitimus. (s) Omnium verò commodissima eorum videtur esse sententia, & rationum pondera gravissima, qui annos illos auspiciantur à tempore Phocæ monstrofi illius parricidæ. Illenamq; dissidium illud diuturnum, inter duos illos Episcopos potentissimos, Constantinopolitanum & Romanum dirempturus, ut Italiam blanditiis Episcopi Romani ex parte retineret, suisq; subditis ejus favore gratior redderetur, *Papa Bonifacio III.* titulum Episcopi *Oecumenici & potestatem Imperandi in omnes alios Episcopos* concessit. Ideoq; Papa tunc plene cepit esse *Angelus ille de cælo descendens, & pedem suum alterum mari, terræ alterum per dominatum in mare & terram universalem imponere*, ac maris ac terræ universæ Imperium sibi arrogare: ut sonore testatur Johannes Apostolus Apocalypsis cap. 10. v. 1. *Quod factum esse scribunt authores Ecclesiastici Anno 608.* Itaq; finis in annum Christi 1868, vel potius (quoniam Anni Hebræi intelliguntur, ideoq; decurtandi sunt anni plus minus octodecim) in annum 1850 incidere.

s In discursu de duobus Testibus p. 14. 15 & Diss. 6. 1b. 170.

Ajat quis, *non esse veri simile mundum tam diu duraturum, neq; periturodum Antichristi videri ad tam longinqua spatia extendendam, sed multo citius transituram*: Illi considerandum repono, idem aut consimile principium cursui & periodo Mahumetanæ Sectæ præfixum. Tribuntur enim illius furori, tyrannidi & Regno *æque tempus, tempora, dimidium q; temporu* in Daniele Prophetarū maximo & potentissimo. (t) *Quem numerum cum Johannes in Apocalypsi, rursusq; Daniel Antichristo tribuant etiam Occidentali, Bestiæq; Pontificiæ: inde elicimus tantundem temporis quoq; Mahumeti tribui furoribus, adeoq; utriq; Antichristi*

AntiChristo tempus, tempora dimidiumq; temporū. Colligimus & hoc, 7
 utrumq; scilicet AntiChristum, uno & eodem propemodum tempore, paucis tantum annis interjectis, in scenam ad Ecclesias affligendas perturbandasq; produisse, & utrumq; fermè eodem tempore, spatio exiguo solum interposito, alterum post alterum, & quidem Orientalem post Occidentalem interiturum & tollendum. Quod ex serie utriusque ortus historica, ex serieq; rerum in Apoc: revelaturum, item ex serie capitis decimi noni & vigesimi Apocalypsis, & rursus ex quibusdam *Confer*
Disp. 13. iudiciis circumstantiisq; ex cap: 38. & 39. Ezechielis ad oculum patet. Quod ut clarius evadat, notemus Mahumetanos, Saracenos & Turcas quidem Chronologiam suam ab *Hegyra*, hoc est, à fuga pseudopphetæ Mahumeti auspicari: quæ cum incidat in annum Christi 591, finiretur (annis mille ducentis sexaginta præteritis) anno 1851. vel potius (quoniam & hi anni sunt Hebræi) Anno 1833. Verum nostris Chronologis Christianis magis placet ab Anno arrepti Imperii motaq; tyrannidis auspicari: quod quidam contigisse sentiunt, anno ære gratiæ 622. alii anno 623. Atq; tum finirentur Anno Christi 1883; juxta annos verò Hebræos, quos Johannes & Daniel rotusq; codex sacer attendit, octodecim ferè decurtatis, anno 1865.

Jam tempus est, ut hinc telum stringamus, ut argumentum pro *Argumen-*
 mamus ad scopum propositum directè collimans. Igitur, si neuter *antum no-*
tiChristus aut ab *Apostolorum* aut *Constantini* temporibus extitit, verum *strum d-*
uterq;, paulo post annum ab incarnato Christo sexcentessimum, & quidem *duratione*
occidentali ac internas anno Christi 608; *Orientali* verò & *externus do-*
minarum suum inchoavit anno 823; & *uterq;*, tantum *annos 1260.* *domi-*
nabitur; *terre neuter immediatè præcisèq;*, regnabit ad usq; *tempus judi-*
cii; aut sequetur hoc absurdum, quod *tempus & momenta censorii illius*
dici possint esse nota angelis, demonis & hominibus. Quod Christus, osu *Matth.*
 illud (u) veritatis, directè negat. Cum itaq; neuter AntiChristus præ- *24. 36.*
 cise mundi consummationem attingat, aut illo illucescente sit super- *Marc. 13.*
 fles: Certè non bella continua, sed bellorum & pacis quædam inter- *30.*
 stitia & vicissitudines sunt nobis expectandæ. Ac quidem *bella reli-*
giofa secularia non nisi duo prædicit apocalypsis, alterum particulare c. 11.
 quod hodie geri existimamus, *alterum cap. 19. quod erit univesale:* licet plura alia fuerint, & plura possint ingruere: quæ tamen ceu minus
 B cele-

8
celebrata, Spiritus S. præterit. Eaq; de causa pax Ecclesiæ speranda certissima. Quæ nisi certo esset futura, bellum illud uniuersale Apoc. c. 19. p. adictum, male ab hodierno particulari discerneretur. Quæ de re suo loco plura.

Hoc generatim de duratione Monarchiæ AntiChristianæ protulisse sufficiat: progrediamur ad propiora fundamenta, quæ liberatorem rationem Ecclesiæ comprimis Germaniæ & vaticinarum vaticinari videntur. Producimus igitur in medium caput II. Apocalypsis, quo complura notatu dignissima panduntur divinitus. Etenim postquam Testibus p. testes illi duo veritatis, hoc est, fideles Ecclesiæ Doctores atq; antistites 17. & disp. à Bestia & Synagoga Monarchica, adeoq; à ministris & proceribus 6. ch. 180. Ligisticis, erant occisi Ecclesiasticæ, ut docere, & Sanctus Spiritus per illos loquens in eis sese exserere in ordinario docendi officio & modo 181. consveto nequiret; atq; ista ratione tres dies Angelicos, hoc est, tres Duo ille- annos cum dimidio in plateis Civitatu illius magnæ quasi mortui iacuerant, posteaq; redire virtute Spiritus Sancti, & Spiritu vivifico Prophetandi, scripturasq; sanctas Prophetarum & Apostolorum explicandi, donati in Cælum Ecclesiæ ascenderant: in illa ipsa hora in illo momento & articulo quasi temporis, terramotus ingens exorsus est: Sed quis & qualis ille? Non sanè Phycicus, qui ex causis naturalibus existit, sed Politicus & Polemicus, quo tormentis bellicis, felopetis, bombardis, gladiis aliisq; machinis & armis militaribus, Ligistarum, Germanorum, Svecorum, Gallorum, Britannorum, Hispanorum, aliorumq; populorum contrariis nostra incluta Germania, nationum complurium Phœnix, virosum fortium Domina & Mater, ita concussa, vastata & subversa succumbit: ut multis in locis antea cultissimis, jam nec homo, nec jumenta ullumve cicur animal conspiciatur. Nimirum concussi, deleti & extincti sunt validissimi exercitus Ligistici, caesa sunt multa millia Hispanorum, desiderant è suis complures Sveci, Germanorum multi, bello, plures verò & innumerabiles fame, morbisq; distinctis iiq; tam bellatorum quam aliorum rusticorum & civium ceciderunt. Et sic punita cœlitus Campiductorum, fastus & malitia, Legionariorum, tribunorum, Chiliarcharum & centurionum inexplebilis avaritia, aliorum officiariorum rapinæ infinitæ, gregariorum militum stupenda profanitas, impietas, rapacitas, securi-

Videatur

discursus

de duobus

Testibus p.

17. & disp.

6. ch. 180.

181.

Duo ille-

tes veri

tati.

Terramotus ille

bellicus

qualis.

securitas. Clamat enim in cœlum miserorum pressura, truculentæ
 direptiones, exactæ & extortæ contributiones, cibariorum, frumenti,
 aliorumq; subsidiariorum œconomicorum jactura & jumentorum ab-
 actiones continuæ: quibus homines spoliati gemunt, lachrymantur,
 clamorq; nubes ad altissimum universitatis iudicem penetrat. Scili-
 cet hic est ille *terramotus bellicus*, quo summi & imi, boni & mali, ma-
 gni & parvi, viri & mulieres per Germaniam jam hoc integrum decen-
 nium concussi, absorpti & eversti conspiciuntur. Porro: quemad-
 modum terramotus modò hanc plateam, modò aliam quassat, modò
 etiam integras regiones & gentes concutit, vexat, evertit: Ita belli-
 cus hic terramotus, modò concussit Austriam, Bohemiam, Moraviam
 & Palatinatum, modò Saxoniam superiorem & inferiorem, etiam
 illam ejus partem, quæ hodiè Westphalia cognominatur, modò Po-
 meraniam, Marchiam, Silesiam, Turingiam, Franconiam, Bavariam,
 Brisgoam. Et quæ regio huc usq; Martis non plena laboris & moesti
 doloris, cum hodieq; pulcherrima regna, nationes, gentes & tribus
 subverti, desolari, excindi, miserimè pergant? Veruntamen quis
 hujus lanienæ finis? quis exitus? quis eventus illius terramotus? Re-
 spondet ille secretorum Scriptor Johannes, *septem mille nomina viro-
 rum* (voce illa vel typicè vel synecdochicè sumpta) in illo occidisse,
 sed reliquos territos gloriam Deo Cæli dedisse: Deniq; cum nullus ter-
 ramotus sit perpetuus, sed certò dierum & mensium spatio elapso cesset, ad finem
 hominesq; ab ejus tremoribus, fragore, concussionibus & subversionibus mundi
 liberentur, respirent, & securi rursus habitare soleant: ita nec hic ter-
 ramotus bellicus longè tristissimus & laniena hominum crudelissima ad
 interitum usq; mandè perdurabunt, sed suo certò quod Deus novit, tem-
 pore, finè optatè illi imponetur.

Sed nec erit universali omnium Imperii Septentrionalis capitum re-
 gnorumq; ut ille terramotus Apoc: 6 delineatus, (x) quo per Gothos,
 Vandalos, aliasq; gentes totum Imperium Occidentale; per Saracenos
 Arabia, Syria, Ægyptus, Mesopotamia, Armenia, totaq; Africa mari-
 tima; tandemq; per Turcos totum Imperium Orientale cum sede Im-
 peratoria, Constantinopoli, veteris Romæ æmula, destructum & ever-
 sum esse novimus. Verum est unius potissimum regni capitalè ex illis
 septem capitibus, nationu videlicet Germanicæ, & fortè, quæ cum illa

Non durat
 x Diss. 4.
 Mysterial.
 P. 114.

10 cohaeret, Bohemicæ. Unde nec Johannes illo cœlestis toti civitati & Imperio Pontificio, sed decimæ tantum ejus parti hanc à Papatu Ecclesiæq; Monarchica defectionem in hoc horribili terramotu futuram prædicit.

Quando sit futurus. Si jam placet ulterius inquirere, quando sit ista ruina decima partii, & in qua parte civitatis Imperiiq; Babylonici futura sit. & quâ occasione ansamq; præbuerit isti terramoti & defectioni. Respondimus alibi (y) illam esse futuram ea ipsa hora, eoq; ipso tempore, quando duo testes illi veritatis, qui Ecclesiasticè fuerant mortui, & inhumati tres dies & dimidium in platea regnisq; urbis illius magnæ quibusdam jacuerunt, resurgere incipiunt Ecclesiasticè. *Demonstravimus ibidem hunc terramotum* hactenus nondum fuisse completum, cum

p. 16. 17.

z Ibidem.

p. 18.

a Ibidem.

p. 20. 21. &

22.

b Ibidem.

p. 17. 20. 21.

Membra

Monarchiæ

& Bestiæ

Ecclesiasticæ.

Vid. disp. 7.

§. 11. & 12.

nulli tempori, nulli loco, nulli bello, nullis Regibus, Imperatoribus & Principibus possit aptari & eorum rebus gestis accommodari: (z) videri autem in bello hodierno ligistico complendum. *Demonstravimus* etiam eam, quæ defectura est sive ex toto sive magna ex parte, partem urbis Bestiæq; decicornis & bicornis decimam, videri esse patriam nostram dulcissimam, sed hodiè afflictissimam, nempe Germaniam, (a) Romani Imperii robur olim præstantissimum. *Indicavimus* ulterius illum terramotum in bello moderno religioso videri complendum, non verò quod absolute certòq; jam hoc tempore sit complendus: Cum de ejusmodi vaticiniis ex even: u. omniumq; partium & circumstantiarum plena enumeratione & implerione d. num. firmum possit inferri iudicium, conclusioq; formari infallibilis: non verò antea, nisi quantum quis ex circumstantiis conjecturando valet assequi. Deniq; *docuimus* ibidem (b) ansam ad defectionem illam Ecclesiasticam (utinam non etiam ad secularem virtute victoris fortassis obtinendam.) præbituram esse *Bestiam illam septicipitem & decicornem* post Gothorum, Vandalorum aliarumq; barbararum gentium irruptiones ex abyssò rursus ascendentem, novumq; Imperium seculare Ecclesiasticum, seu quod idem est, Monarchiam Ecclesiasticam erigentem. *Cujus Bestiæ caput unum*, hoc est primarium, videlicet *Italiam*, in Carolo Magno in Imperatorem electo, à vulnere lethali suo sanatum esse, testatur Johannes. In quo sanato etiam hæc Ecclesia Monarchica ad perfectionem suam cepit adspirare. Hæc jam est illa *Bestia*, illa Ecclesia Monarchica

monarchica, cujus membra, præter vulgus simplex, sunt Imperator, Re- II
 ges, Principes, Comites, Dynastæ, Archiepiscopi, Episcopi, Abbates, & inprimis
 Canonici, Monachi regulares, Commendatores generales ordinum, Præfatio.
 & si qui sunt alii id genus Clerici, inter sese in singulis regnis & prin- Myseriol.
 cipatibus uniti, Bestia q̄; decicorni & Pseudopropheta Papæ subjecti, lit. a. 3. b.
 ad Bestiam aliquam Ecclesiasticam, Imperiumq̄; sacrum constituen-
 dum, cujus in rebus fidei caput summum est Pontifex Romanus, qui
 pleriq̄; Papæ adhuc adhærent, *testibus illi duobus mortem intenterunt,*
 eos afflixerunt & Ecclesiasticè occiderunt. Neq̄; tamen illam *Bestiam*
totam Johannes capite undecimo intelligit, ut cap. 13. & 17, sed tantum
 ejus partem insigniorem, nimirum quaterius domui Austriacæ paret:
 idq̄; comprimis in Germania, Bohemia, Hungaria, Belgio, Hispania.
 Hujus enim potentiâ ad Ecclesiam persequendam abutuntur Jesuitæ, Apoç. 16. 12.
 Spiritus illi seditiosi Daemoniorum, Principes pseudo-Catholici, alii-
 que status Ligistici: sed irritò per gratiam Dei eventu, & successu
 prorsus infelici. Adeoq̄; quam (c) mortem, quem doctrinæ interi- c Pf. 7. 16.
 tum veritatis illis testibus, verisq̄; Evangelii confessoribus intenterunt. Apoç. 11. 7.
 & machinari sunt, eum jam ipsimet subire cogentur, suamq̄; multi- 7. cum 13.
 plicem idolomaniam, suos abusus aboleri, suosq̄; gentilizantes erro-
 res sepeliri, & sua fortasse territoria à *Papa Bestiaq̄;*, hoc est, ab Eccle-
 sia Monarchica defectura esse, si non ubiq̄; per Germaniam, saltem
 alicubi, cum mœrore deprehendent. Unde quamvis nec bello feli-
 ces, nec consiliis fausti sint Ligistæ; econtrâ pars adversa paucò nu-
 mero militum præstet: tamen ita veritatis ofores sunt excœcati, in-
 durati & perversi, ut pacem constantem non componant, sed cædes
 & sanguinem spirare non desistant. Videtur igitur hoc cœleste Jo-
 hannis oraculum esse complendum. Ac, si vel maximè in hoc bello
 calamitoso, in hisce turbis non complebitur, sed aliqua pax alia re-
 stituetur & eventus belli diversus instabit: certè suo tempore divini-
 tus illi præstituto adimplebitur. Qualis tamen iterata laniena, mo-
 tusq̄; bellorum horribilis cum denuo non speranda sit, jam in hoc
 bello finem isti imponendum esse arbitramur.

Proinde nec *omnes ubiq̄;* homines in hoc terramoto decimæ par-
 tis urbis mysticè Babylonicae polemico & seculari, verum numero
 tantum *septem mille nomina virorum occidentur & interibunt.* Si quis Numerus
ille septem
mille ho-
minum.

12. regerat, aliquot myriadas bello, fame, peste, aliisq; calamitatibus amissas. reponimus ita quidem rem sese habere. Etenim jacent omnes Regiones conqvassatae, defunt multis in locis homines & alia animalia, agricultura sparsim passimq; cessavit, & ager in hoc furore Domini terribili feriat, bellatorum denique exercitus numero varii, copiis penè infiniti interierunt & ad mediocrem paucitatem, juxta vaticinium Lotichii, (d) rediguntur. Nihilominus Johannes *septem tantum mille nomina virorum* interire testatur: Ideoq; vel typicè vel synechdochicè loquitur. Neq; enim omnes in impietate obstinata perseverabunt indurati, verum *exceptu illu septem millibus* (qui numerus Tropicus, innumerabilem utiq; multitudinem, cum sit summæ perfectionis, denotabit) *reliqui territi gloriam & honorem Deo cæli dabunt.* Quam gloria Deo cæli factam exhibitionem de salutari ad fidem conversione verâq; poenitentia arbitramur explicandam. Quod

¶ Lotichii

1.2. ELEG. 4.

Septē mille occisis reliqui gloria Deo dabunt.

nimirum veritatis hostes excelsum brachium Domini sint visuri, Ligistæ suorum consiliorum, rerum & conatuum eventus irritos, validissimorum exercituum strages funestas, rerumq; cunctarum successus infelices; E contra verò partis adversæ parva manu victorias obtentas splendidissimas, & consiliorum plerorumq; successus felices sint agniture, Proptereaq; in fidem veram inquisituri, eamq; corde contrito & spiritu humiliato recepturi. Et in eo sensu verba (*dare gloriam D & O, **) plerumq; codice in sacro acceptantur, intelliguntur, præsertim in Psalmis & Prophetis. Possent quoq; aliter exponi: quot scilicet inimici veritatis sint animadversuri, quam potenter, quamq; invictè stet Dominus exercituum à parte bellatorum pro veritate cælesti pugnantium; contra quem pugnare sit durum, sitq; velut contra stimulum calcitrare, & propterea excindantur, deleantur & confundantur, quotquot illi se opponant. Eâq; de causa vel invita da-

et. Sam 6. turti sint gloriam Deo cæli: non aliter ac Philistæi Deo Israëuitarum, percussi dedere gloriam, (e) Ægyptii in mari rubro, damnati (g) in judicio extremo, sed prior explicatio sensusq; præferendus esse videtur, cum *septem mille istu occisis reliqui serviti gloriam Deo cæli dederint,*

II. Phil. 2.

10. 11. Luc.

13. 35. Heb.

2. 8. 1. Cor.

15. 27.

* I. Par. 28. 29. Jos. 7. 19. Ezech 39. 21. Psal. 29. 2. 8. Ps. 63. 3. Ps. 66. 1, 7. Ps. 96. 7. Ps. 97. 6. Ps. 113. 9. Ps. 144. 5. 11. 12. Esa. 24. 15. C. 35. 2. C. 42. 8. 12. Jer. 13. 16. Mat. 22. Luc. 17. 15. 18. Apoc. 4. 9. C. 14. 7. C. 19. 1. 7.

Quæ

(Quæ verba in Apoc: semper in partem bonam accipiuntur) illi in-
 terierint, hi in vita permanferint, illi manum Dei vindicatricem non
 agnoverint, hi verò ex terræmotus illius natura & circumstantiis a-
 gnoverint Deum sibi resistere & hostibus adistere; proptereaq; con-
 versi gloriam Deo cæli sint daturi: non aliter ut Nebucadnezar (h) ca-
 stigatus furore, Paulus tactus (i) domini manu, & Manasse captivus in
 Assyriam abductus. (k) Reliqui gloriam sanctis demortuis & Mariæ
 virgini, sed hi eam Deo cæli dederunt, qui illis ratione cultus oppo-
 nitur.

Jam verò ut hunc locum tandem concludamus, vimq; teli no-
 stri exferamus, cum hac subjectione facta Deo cæli, sive voluntaria sive
 invita, nequaquam bellorum aties rigidissima, militi in hostili sibi invi-
 cem inimicissima, & atrocissima sibiq; adversa laniena consistere possunt,
 præsertim cum Johannes expresse scribat & asserat, quod hostium reliqui,
 septem illi mille sublati, gloriam divino nomini Deoq; cæli dederint.
 Igitur habemus hic pacis aureæ futuræ clarum testimonium & cer-
 torum Ecclesiæ halcyoniorum instantium vaticinium indubitatum.
 Ac, si vel maximè nunc temporu hoc vaticinium (quod absit) non com-
 pletetur: tamen nihilominus & jam pax speranda esset, & dehinc cum
 id completeretur, denuo pacem sperare divinitus juberemur.

Maximè cum præter scripturam, ad hanc pacis futuræ spem ad
 hunc scopum quoq; colliment, quorundam eruditorum & piorum
 virorum prædictiones, ut Petri Lotichii II. in Elegia de occupatione op-
 pidi Magdeb. (l) de hoc terræmotu bellico ejusq; furiiis & eventu sic
 canentis:

Dum queror (m) & variis turbatus obambulo curis,
 Mobilis arboreas impulit aura comas.
 Ecce quatit rapidis, Jovis armiger (n) aëra penni
 albus & incurvis ungvibus hæret (o) Olor.
 Nulla fuga est captò: spectantque silentque volucres,
 (p) Aspera dum furvæ præpetis arma timent.
 At vigil, auroram qui cantibus evocat, (q) ales
 Audet ab aërii obvius ire jugis.

o Lutheri doctrina & vera confessores fidei, Cygnus enim Luthero propter Husi
 jam jam coraburendi vaticinium tribuitur. p Status Evangelici. q Svecus.
 Tunc

16

h

Dan. 4. 31
 i Act. 9 6
 kt. Chron.
 33. 2. qua-
 lia exæpla
 in Histor:

Ecclesiast:
 complura
 occurrunt
 Argumen-
 tum no-
 strum.

Eleg. 4.
 l. 2.
 m finita
 visione in
 somno de
 urbe Mag-
 deburg. ex-
 scindenda.
 n Miles,
 Casareo-
 Ligisticus.

*x Pacem
tranquil-
lam.*

*(s) victri-
ces.*

*x Status &
subditi in*

*Imperio &
aliis locis.*

*Item: Pax re-
ligionis o-
ptima re-*

dit.

Tunc volucer sævæ exercitus undique pugnas
Suscitat: alarum plausibus antra fremunt.

Interea remouent subeuntia nubila (r) solem,
Prælagique micat fulminis igne polus.

Terreor & vanos reor hos quoque fingere somnos,
Sed patula vigilans ilice nixus eram.

Mox pauca redeunt & (s) *ovantes* Sole reducto,
Paulatim molli pace fruuntur (t) aves.

Et nive (u) *vandidior* veluti jam fata vocarent,
Fundit Olor dulces ad vada nota sonos.

Item: *Plura (x) quidem vidi, sed quæ celanda putavi;*
Valle sub arcana cætera quercus habet.

*x Nimirum quæ jam in multâ principatibus aliisq; ditionibus
bis viginti annis, & quod excurrit, evenerunt, & dehinc
evenire diversis poterunt.*

Lotichii prædictionibus aliorum piorum hominum adjungi pos-
sunt: quamvis tamen non omnium nostri temporis fanaticorum.

Vatum, ut nec illorum *ωλ αυ ων ων* vanorumq; Planetariorum sive

*Vanitas
Planeta-
riorum.*

Astrologorum prædictiones recipiendæ sint. Certè quidam author
ex Planetarum constellationibus anno proximo instanti 1642 initia

pacis jaciendæ, tandemq; anno 1643 & plenè 1644 pacem reducen-
dam conjicit: sed vanissimè. Si quidem nec Daniel, nec Magi nec

Astrologi Babylonici quatuor illa summa Imperia, eorumq; muta-
tiones & interitus, ex astris prævidere Regiq; annunciare potuerunt.

Ideoq; qui ista tentant, & ejusmodi scientiam sibi arrogant, secreta &
abdita mysteria Dei temerè ac sacrilegè involant. Nam *solus Deus dat*

sapientiam, scientiam & intelligentiam. Revelat ipse profunda & ab-

scondita (qualia non sunt quæ ex Astrologia hauriuntur, cum naturâ
magistrâ revelari dicant ea) *ac Deus noverit id quod est in tenebris,*

y Dan. 2. Unde Regnorum istas mutationes *ut secretum divinum*, Sapientes,

v. 21. 22. 27. Astrologos, Genethliacos, ac divinatores nequaquam *posse indicare*

28. 46. 47. Regi, concludit Daniel; Sed *solum Deum revelare secreta ac notum fa-*

z cap. 47. *cere Regi quod futurum in novissimo dierum.* (y) Et Esaias (z) ridet.

r. 17. 14. Astrologos, cum, quod ipsis eveniet, prædicere ac cavere non possint,
vid. Norm. multò minus aliis fata sua annunciare possint. Unde nec Astrologi

Invoc. pag.

31. & seqq.

& Ca-

15

& Calendariographi bella ulla prædicunt, sed de motis ceptisq; quædam duntaxat comminiscuntur. Proinde, cum astris secreta Dei non inscripta sint, tot fermè eudunt effutiuntq; mendacia, quot vaticinia de rebus futuris edunt, easq; præfagire se posse profitentur. Quæq; recitant illi fata subsequutura Planetarum conjunctiones, ea non minus aliis quoq; temporibus evenire consueverunt: Idq; non ex scitu & situ Planetarum, sed ex causis partim Politicis, partim Theologicis, partim ex odio & suggestione Diaboli. Igitur & bellum modernum vel hoc vel futuro aliove anno componi & pax alma tristi Germaniæ restitui potest: quando scilicet Deus ille pacis Satanae furores compescit, hostibus veritatis resistit & Ecclesiæ afflictæ miseretur, non quando Planetarius suas videt Conjunctiones. Multo minus audiendi sunt illi fanatici, qui revelationes Dei & SS. Trinitatis jactitant, multaq; multis regionibus & urbibus futura augurantur, ad pœnitentiam adhortantur, fastum in vestitu reprehendunt, suamq; doctrinam non miraculis sed mirabilibus quasi signis, ex eventu sumptis, confirmant. Illos namq; si non ista fingunt, profectò à Spiritu mendaci (a) somniorum V. T., à Spiritu falso Prophetarum Achabi (b) & Antichristi decipi (c) vix dubitandum est, qui cum potestatem divinitus accepit homines affligendi, facile futura prædicere potest. Ab alio, qui bonus est, non utiq; agitantur: cum nullibi post Apostolorum tempora extraordinarii pœnitentiæ & calamitarum Prophetæ dicantur exspectandi, sed quæ credenda & facienda sunt, uberrimè in Codice sacro sint revelata. Accedit, quod quidam eorum vatum, etiam ex divina Johannis Apocalypsi prophetantes, eloquia textusq; Spiritus Sancti mirè detorqueant, corrumpant, enervent. Quod à Spiritu Sancto est quam alienissimum: quippe qui veritatis auctor est, & nusquam falsitatis, nedum sibi contrarius. Nihilominus certorum quorundam aliorum prædictiones non in universum rejiciendas, ad orcum referendas & damnandas esse sentimus, cum inter articulos fidei & eventus Ecclesiæ certos discrimen sit observandum. Illi satis plenè præperspicuèq; sunt propositi, sed hi non omnes. Ad illos proponendos dictiones & revelandos vocatio immediatè divina requiritur, quæ jam in Ecclesia cessavit, hi certis hominibus quandoq; revelantur: quales fuerunt Johannes (d) Hiltenius, Hussus & complures alii de reforma-

C

tionē Cōsp. p. 276.

16 tione Lutheri, & P. Lotichibus aliq; de nostris calamitatibus bellicis, easq; pace subsecutura vaticinantes.

e v. 19. & 20. Transeamus hinc ad caput 19. Apocalypsis quo bellum prorsus novum, crudele, vastum & horribile cœlitus decantatur. *Cernit ibi Johannes ille mysteriorum scrutator Bestiam illam decicornem & septicipitem*, hoc est, Ecclesiam Monarchicam Pontificiam atq; Reges illius *exercitusq; congregatos, ad faciendum prælium cum illo, qui sedebat in equo illo albo, nempe cum Christo, Rege Regum & Domino Dominantium. Sed quis eventus prælii? quis exitus? Num vicit Bestia & exercitus ejus AntiChristianus; Num Papa Pseudopropheta? Nequaquam. Imò vidit apprehendi Bestiam & cum illa Pseudopphetam illum Romanum, & utrumq; vivum in stagnum igni ardens sulphure præcipitem dari & aboleri.* Quam esse descriptionem Imperii prorsus everfi, deleti & sublatis, ex (f) Danielis cap. 7. colligimus: quippe quo destructio dominatus illius Turcæ Mahumetani per interitum bestię, perditionem corporis illius atq; traditionem in incendium nobis ob oculos proponitur. Idem ex Divi Johannis Apocalypsi cap. 19. (g) & 20. (h) luce meridiana clarius elucescit.

Observemus in hoc vaticinio splendidissimo juxtaq; suavissimo credentibus, *hoc bellum à priori differre magnitudine; cum in illo bestię pars una aut altera duntaxat opponat sese veritatis testibus, videlicet pars decima Bestię & Ecclesię Monarchicę Catholicę, in hoc autem omnes Reges terrę, quotquot illi Bestię adhærent, ad prælium maledictum congregentur. Differt eventus; cum in illo pars una tantum cadat, deficiatq; à Papatu; in hoc verò tota Bestia, unà cum Pseudopropheta, Pontifice illo Romano, apprehensa in stagnum ardens sulphure conjiciatur. In illo septem mille nomina hominum intereunt, reliquis territis Deoq; gloriam dantibus; in hoc omnes Reges & eorum exercitus Antichristianus. Ibi testibus veritatis à morte suã Ecclesiastica resurgentibus hostes & inimici eorum magno pavore corripiuntur; hic omnes in universum gladio interimuntur. Ibi reliqui territi dant gloriam Deo cœli, hic omnino nulli. Illo finito Pontifex ille Pseudopropheta & Bestia superstites manent, verum hoc finito minimè. Differi temporibus; illud durante & permanente Regno Antichristiano geritur, hoc autem sub ipsum finem & interitum*

Baby.

Babylonis. *Illud* nondum finitis & elapsis illis mille ducentis sexaginta annis exardescit, *hoc* verò iisdem jam finiendis erumpit. *Differunt tandem loco*; *illud* in uno potissimum Regno, adeoq; in urbis parte decima; *hoc* verò in urbe tota regnisq; Pontificiis geritur. *Illud* Germaniam inprimis vexat, *hoc* omnes Provincias & Regna Pontificiæ Monarchiæ quassabit & evertet. Ex quibus & hoc inclarescit, *illud* *hoc* multos annos, ac, si principium mille illorum ducentorum sexaginta annorum rectè, ut existimamus, collocavimus, circiter ducentos annos præcedet & antevertet.

Verum *obvertat quis, adversari nobis vae illud electum, Paulum Obj. 1. ex videlicet Doctorem illum gentium, varicinantem, quod tandem cum illustri 2. T. Hess. 2. Christi advenit Antichristus sit (i) abolendus. At parata nobis est responsio: quod distingvendum sit accuratè inter bestiam decicornem & bicornem & ipsum Antichristianismum ratione doctrinæ suæ, traditionum & morum quorundam pietati contrariorum in cibo, conjugio, rebusq; aliis divinitus concessis prohibendis. Quatenus Bestia decicornis & bicornis est, hoc est, quatenus dominatum Bestia & Papa exercent, suntq; Principes & Status secularis Imperii & Regnorum, ut Episcopi, Abbates, Præsules, & quatenus Pontifex agit Regem, planè tolletur Antichristus. Sed quatenus Hæreses, traditiones, moresque pessimos defensat, ad finem mundi permanebit. Quemadmodum enim jam tempore Pauli cepit operari mysterium, suosq; paulatim vehementer auxit errores, ita ad ipsam mundi consummationem grassari perget in Ecclesia. verum ut Monarcham agit Ecclesiasticum Bestia, & gladium utrumq; vibrare præsumit Papa, regnumq; seculare & Ecclesiasticum, seu quod idem, divinam & humanam potestatem sibi arrogat, sic in totum tolletur, eradicabitur. Hoc namq; modo quemadmodum non fuit ab Apostolorum temporibus, verum plene demum venit imperante Phoca: ita nec tempus illi divinitus præfixum transire poterit, sed in bello aliquo horrendo desolabitur, cædetur, extirpabitur: quamvis homines infiniti tamen in avita superstitione Pontificia sint perseveraturi. Licet igitur ista tempora, quæ Bestia & Pseudopropheta eradicationem subsequenter, comparare cum prisco Imperio, quod imperante Constantino ex gentili in Christianum mutabatur. Ubi ut mutato cultu gentili & Dracone e caelo*

*Distinctio
inter Bestiam &
Antichristianam doctrinam.*

Ecclesiæ ejecto, dominatus & tyrannis quidem gentilium cessabant, atq; pace donabantur externa Christiani, ita tamen ut multæ civitates integræ, multæq; privatorum myriades avito suo gentilissimo tenaciter adhærescerent, in illoq; ad totius usq; Imperii dilacerationem confenserent. Idem Dominatu & Imperio Antichristiano in Papa & Bestia ma- Statibus tam Ecclesiasticis quam secularibus Catholicis in Regnis Imperii occidentalis: (*quatenus* nimirum Bestiam & Remp. Ecclesiasticam constituant, non verò *quatenus* sunt Reges, Principes & Dynastæ seculares. Eo namque modo manebunt: haud secus ut hodieq; Status Orthodoxi in Germania, Dania, Sveciæ; & Calviniani in Belgio, Britannia, & alibi permanent) sublato, profligato, & in nihilum redacto, apud nos continget. Doctrina enim Pontificia si non in multis integris Regionibus & Civitatibus (quod nondum liquet) certè in compluribus privatis & singularibus hominibus continuabitur, tandemq; cum illustri advenit judicis vivorum & mortuorum in totum abolebitur, exstirpabitur.

Objec. 11. *Non desunt, quos Christi & Apostolorum prædicationes de temporum extremorum afflictissima conditione suspensas tenent: (k) sed sine causa.*
 k *Matt. 24*
 7. 6. & seq.
 Marc. 13. 8.
 19. Luc. 21.
 11. 26. Cõf.
 Diss. 14.
 Etsi enim illæ sunt omninò verissimæ suisq; quæq; temporibus certò implebuntur: nondum tamen periodus tempusq; completionis advenit hætenus. Sed vel paulò ante bellum ultimum Antichristianum, & quod illud sequetur, Gogicum ac Turcicum; vel certè paulò post illud complebuntur. Id quod in Mysteriologiæ Disputatione XIII. & XIV. plenius & solidius probatum dedimus.

Sunt deinde, qui nobis Jubileos Christianos objiciant, quorum singulos habentes 49 annos singuli anni vite Christi in hisce terris conversantù præfigurant. Unde quæ Christo in singulis vita anni fata contigerunt, eadem & consimilia in singulis Jubilæis maneat Ecclesiam. Proinde cum anno 1646 annus Jubilæum ultimus ingruat, quemadmodum Christus in ultimo anno Ministerii, ita quoq; Ecclesia in & ab anno 1646 varias Persecutiones dehinc expectet. Et quemadmodum Christus à morte redivivus in Galilæa plerumq; discipulù apparuit, raro verò in Judæa, sic Christus in Regnù Septentrionalioribus præcipuè sit habiturus Ecclesiam. Conf. Dn. Phil. Nic. & quos ille allegat, au. hores l. 2. de R. C. 6. 8.

Verùm salva autoritate tantorum Virorum respondemus i. falsam.

sam præsupponi hypothesin, quod Christus annos tantum triginta-
tres & dimidium in terra visibiliter sit conversatus, cum accuratissimi
Chronologi triginta quinque, & quod superat, enumerent. 2. Falsa
& inanis est conjectura, quod singuli anni Christi singulos Jubilæos
Ecclesiæ præfigurarent. Qua de re nullus apex in sacris habetur.
Imò (3) nos in Mysteriologia Disp. v. vi. ix. xiii. & xiv. disertè contra-
rium probavimus. Adeoq; sonore falsa est & ista hypothesis, quod
omnia Vaticinia de extremo tempore sint anno Christi 1670 suum
habitura complementum. (4) $\pi\tau\omega\tau\omega\psi\omega\delta\omega$ inde quoq; magna
ex parte evenit, quod diversas Papatu ruinas confundat idem auctor.
(5) Falsum etiam est quod fata Christi cum fati Jubilæorum Ecclesia-
sticorum conveniant, si accuratam collationem institueris. Deniq;
(6) nec illud consistit, quod Christus post resurrectionem sapius in
Galilæa quam in Judæa discipulis suis apparuerit: Quippe non minus
crebro in hac quam in illa sese eis manifestavit: quamvis generalis &
frequentissima illa manifestatio facta sit in monte quodam Galilææ.
Quin imò Christus etiam propemodum in Galilæa tantum vixit ad
vitæ annum trigessimum: cur non & inde concluditur, Ecclesiam non
futuram esse alibi quam in Regnis Occidentalibus? Conf. Luc. 24.
Marc. 16. Matth. 28. Joh. 20. Act. 1. & 1. Cor. 15. 5. 6. 7. 8. Sed plura
de hisce alibi.

Deniq; nonnullos hoc affligit & torquet argumentum: *Homi- Obj. III.*
nes, quantumvè bellū, rapinū, contributionibus immodicū, fame dirā,
morbūq; variū vexantur, exsuguntur, premuntur, non tamen pœnitentiam
agunt. Ergo nec pœna speranda mitigatio finisq; desolationis. Quod li-
cet magni sit ponderis argumentum, multisq; (1) possit probari & ex- 1 Gen. 6. 3.
aggerari exemplis: tamen certa atque indubitata nobis suppetit re- c. 15. v. 16.
sponsio. Quamvis enim non propter bellantium fidem, preces, pie- Exod. 14. 4
tatem & sanctitatem, (cum eorum perpauci, etiam inter illos qui ar- Lev. 18. 25.
mis Antichristianis resistere se profitentur, vitam verè Christianam. Psal. 7. 12.
agant) Deus juvet; neq; propter aliorum magnam impœnitentiam. 2. Reg. 17.
multitudinem parcat: tamen propter paucos illos suos electos Ec- 12. Jer. 32.
clesiamq; conservandam aliquando maximæ parci impiorum multi- v. 34. c. 38.
21. 2. Chron. ult. 14. Luc. 19. 44. Apoc. 6. 11. 12. Conf. & Ecclesia Orien- talū inte-
vicum multū peccatū ad maturitatem tandem perductum.

20 tudini. ejus rei exempla complura possemus in scenam producere,
si tempus ferret. (m)

m Gen. 18. v. 24. & seqq. Num. 16. v. 45. Esa. 10. v. 22. Dan. 2. v. 24.

Calamita-
tes Eccle-

2. Chron. 13. v. 23. Os. 2. v. 8. 9.

Porro: bella, calamitates & persecutiones piorum triplici modo
considerari debent ac ponderari. videlicet primo ratione hominum.
ratione cō- frena peccatis laxantium cœcoq; quasi impetu ad quavis atrocissima
fiderantur scelera flagitiaq; proruentium. Deum: ratione Satanæ generis huma-
ni hostis totius, & m (n) cives Ecclesiæ quam infideles coram Deo, san-
ctissimo atq; justissimo omnium judice, accusantis; & tertio ratione
n Job 1. v. 9. c. 2. v. 4. Dei, seu judicis ac peccatorum omnium severissimi vindicis; idq; ut
Apo. 12. 8. patris in nos misericordis, ut severi ultoris & deniq; ut conservatoris
1. Reg. 22. Ecclesiæ. Quamvis igitur homines in peccatis suis plerique pergant,
21. 2. Sam. ideoq; nullam poenæ & castigationis mitigationem mereantur: tamen
12. v. 14. pater ille misericordiarum & omnis gratiæ, pro sua inexhausta boni-
Zach. 3. tate, misericordia & amore erga membra Ecclesiæ suæ electa partim,
partim etiam ad ipsum genus humanum conservandum, in quo uti
o Matt. 5. sinit oriri Solem (o) suum super bonos & malos, mitiq; pluviam super ju-
v. 45. Psal. stos & imjustos. adeoq; miseretur omnium operum suorum, ita quoq;
104. 31. certas metas carceresque Satanæ furori ponit & impiorum tyran-
nidi. Adde, quod hominibus, in hoc mundo degentibus, etiam
impœnitentibus & quandoq; blasphemis, tempus poenitentiae relin-
p Gen. 6. 3. quat, illorumq; conversionem magna cum animi lenitate & gratia (p)
Ezech. 16. expectet, Qui perseverantes in infidelitate sua iram Dei in irâ dic-
50. Gen. 15. sibi thesaurizant, multipliciterq; cumulant. Taceo, quod Deus ille
v. 16. 2. Pet. vindex peccatorum sapientissimus, non tantum Martis & Bellonæ fu-
3. 9. Rom. 9 riis, verum etiam fame, peste, morbisq; aliis peccata mortalium vin-
22. 6. 2. 4. dicare consuevit.

Impietas
Calvinia-

Id.

Accedit his furor hæreticorum & malignantium cathedræ duplex
potissimum. Primus est Calvinistarum, quorum horrenda & impia
dogmata de causa peccati, de absoluto decreto Dei, de denegata Deo
Christoq; sua omnipotentia, de negata præsentia Christi in Ecclesia,
inq; sacrosancta Cœna, de blasphemis aliis compluribus poenas toti
Germaniæ attrahunt. Quorum tamen erroribus putidissimis, diris
blasphemis, mentiendi libidine, & calumniis atrocissimis ita occœca-
tus e-

tus erat mundus, & imprimis nostra Germania, ut non considerata veritate doctrinæ Evangelicæ, ex parte majori, ut ita dicam, Calvinizarietur & Calvinismum anhelabat, spirabat; Qui etiam nisi bellis hisce repressus esset, & regiones Calvinismo infectæ principaliores desolata fuissent, latius utiq; serpsisset, pluresq; principatus & ditiones turbasset. Alter est furor maledictus *Pontificiorum*, & præcipuè Jesuitarum, quorum errores pudendi, & maculæ scorti Babylonici licet sint obscæriissimæ, cultumq; Christianum, teste Johanne, propemodum in gentilem deformant, veritati tamen Evangelicæ nisi bello diuturno & acerbissimo fracti, fatigati, victi & enervati, nullum profus in ditionibus suis concedent locum. Proinde persequendo veros Christi confessores, premendo Ecclesiam & omnia subvertendo strenuè pergunt, sed ita ut jam magis magisque frangi & debilitari incipiant. Igitur utrâq; parte nonnihil enervata, erroribus repressis & nostris hominibus ab illis aliquanto magis alienoribus redditis, fortasse pacis lætior facies, & æquiora ejus consequendæ media sese pius dynastis offerent. Alias causas pacis nobis restituendæ lubens prætereo: ne in arcana divina prophanè irrepere; inq; cœlorum occulta temerè videar inquirere. Itaque quemadmodum post alias calamitates bellicas, & mundi gentiumq; confusions maximas, peccatis hominum *modò* certorum, *modò* integrarum, gentium & nationum bello, peste, fame, bestiisq; acerbè visitatis, *modò* deniq; regiminis mutatione punitis, Deus Ecclesiæ pacem optatam restituere consuevit: ita nunc temporis *tam* peccatis nostris infinitis *quam* heterodoxorum vindicatis; pacem lata rerum catastrophe speramus reducem. Neq; ullum est dubium quin Jesuitæ aliq; Bestiæ ministri in eandem foveam lapsuri, in idem rete, in eundemq; laqueum sint incasuri & capiendi, quem nobis ante annos viginti & præcipuè anno 1627 & seqq. pararant, tetenderant, (q) intentarant. Fitq; adeò *malum consilium consulti* q Ps. 7. 16. *sultori pessimum*, ut loquitur vates Ascræus. (r) Quæ cum ita sint, de pace nulli desperemus, sed expectatio nostra de certis & infallibilibus Ecclesiæ præparatis halcyoniis in fide, spe, silentioq; nos beet, nos erigat & consoletur: ut opes domus Domini nos exhilarent, Messis scholastica & vindemia Ecclesiastica nos satiet, ditet, augeat.

Insto-


Instemus ergo precibus & jeuniis noctes atq; dies, sumus in fide
 recti, in vita casti, in verbis sobrii, in operibus justis sanctisq; divites,
 in curriculo studiorum nostrorum ferventes, uti sic pie ritèq; ad Ec-
 clesiam pressæ commoda atq; incrementa ædificemur. Quod uti Deus
 ille omnium bonorum autor & remunerator largissimus, nobis lar-
 giatur, has ex imis cordis penetralibus ad eum fundamus, & ceu sacri-
 ficia ei accepta litemus preces.

Alme Deus genitor, sancto & cum flamine Nate,
 Qui Pater es noster, cujus venerabile donum
 Sunt Musæ: nobis tu adsis & cœpta secundes.
 Incolumem patriam ferves, à mœnibus hostem
 Arce pestiferum, pulcherrima templa Scholamque
 Defendas, cunctos imple virtute fideque.
 Respice Germanas gentes terrasq; jacentes,
 In quibus ætherei latices stillantque fluent;
 Respice Romanus quas Pseudopropheta bicornis,
 Imperiique ferox decicornis bestia cingit:
 Dogmata suscipiant fidei, dent nomina Christo,
 Paceq; longæva florescant Marte fugato.
 Deposita verbi servent & religionem:
 Ut tibi vivamus, grates cantare perennes
 Pergamus; Cœlo' & tibi júbila sancta feramus.

A M E N.




F. Reppien.



tus erat mundus, & imprimis nostra Germania ritate doctrinae Evangelicae, ex parte majori, uriebat & Calvinismum anhelabat, spirabat; Querepreffus esset, & regiones Calvinismo infectatae fuissent, latius utiq; serpsisset, pluresq; principasset. *Alter* est furor maledictus Pontificiorum, quorum errores pudendi, & maculae scorboscenissimae, cultumq; Christianum, teste Jo in gentilem deformant, veritati tamen Evangelic & acerbissimo fracti, fatigati, victi & enervati, tionibus suis concedent locum. Proinde perficconfessores, premendo Ecclesiam & omnia subgunt, sed ita ut jam magis magisq; frangi & debetur utraq; parte non nihil enervata, erroribus rminibus ab illis aliquanto magis alienoribus rlatior facies, & aequiora ejus consequenda mofferent. Alias causas pacis nobis restituenda in arcana divina prophanè irrepere; inq; coelvidear inquirere. Itaque quemadmodum pollicas, & mundi gentiumq; confusiones maximomodò certorum, modò integrarum, gentium & r fame, bestiisq; acerbè visitatis, modò deniq; regnitis, Deus Ecclesiae pacem optatam restituere e temporis tam peccatis nostris infinitis quam h catis; pacem lata rerum catastrophe speramul est dubium quin Jesuitae aliq; Bestiae minist lapsuri, in idem rete, in eundemq; laqueum sint quem nobis ante annos viginti & praecipuè ann rant, tenerant, (q) intentarant. Fitq; adeò *sultori pessimum*, ut loquitur vates Ascræus. (r) de pace nulli desperemus, sed expectatio nostri bilibus Ecclesiae praeparatis halcyoniis in fide, sp nos erigat & consoletur: ut opes domus Dor Mellis scholastica & vindemia Ecclesiastica nos s

the scale towards document



erata ve
lvinizu
lis hifce
defola
nes tur
Jesuita
cet sint
odum
uturno
s in di
Christi
uè per
Igi
ris ho
e pacis
ynastis
eo: ne
temere
es bel
minum
peste,
ne pu
a nunc
vindi
eq; ul
oveam
oiendi,
para
m con q P/7. 16.
sint, r Hesiodus.
nfalli
s beet,
rent,
at.
Iaste-